



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Lvdovici Carrionis Antiqvarvm Lectionvm Commentarii III

Carrion, Louis

Antverpiæ, M D LXXVI

Concurri. attotonse. hiatus poetis veteribus frequentes. Varronis versus
emendati. Cap. V.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70907](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70907)

quae à Glossemate primum in Varronis, deinde
in Agellij libros inualit, esse eius eandem: locum-
que de, *Stilone*, accipiendum. cuius litis, de legio-
ne in utroque scriptore emendata, iudicem magis
litterarum studiosum (reliquorum enim censura
non nauci, plane contemno) quemuis libenter
capio. Illud autem mihi religio est tacere, utrusti-
que Agellium manuscriptum haec sexto Varro-
nis de lingua Latina libro, non, quinto, in quo
illa leguntur hodie, adscripsisse. quod quale sit
nihil pronuncio.

*Concurreri. attotense. hiatus poetis veteribus
frequentes. Varronis versus emendati.*

CAPVT V.

ELEGANTES apud Nonium Varronis ver-
sus sunt, & toti auro expendendi, nisi eorum
elegantiam turpissimae maculae fogdarent. quas
pro mea copia conabor auferre. Sunt hi quos dico:

Vosque in theatro, quae voluptatem auribus

Huc aucupatum concurrissetis domo;

Adeste, id est, à me quae fessam ignoscite,

Domum ut feratis e theatro litteras.

secundus versus interuallo breuior est, quam illo-
rum numerorum ratio postulat. itaque Iunius et
explendo vocem accommodat; atque ita scripsit:

Huc aucupatum concurrissetis ab domo.

quae vox cum iam primum et admissa, neque
antehac in Varronianis versibus habuerit; illuc,
vnde profecta est, relegendam censeo: & Varronis
versus, ut ab ipso scripti sunt, ab alijs etiam scribi
volo, nimirum:

H

Huc

Huc auctoratam concucurrissetis domo.
 insolens illa syllabas huiusmodi geminanditi-
 tis huic vitio mater fuit. superest hoc praeteritum
 tantis apud Plautum locis: pluribus superest,
 nisi à male feriatis Grammaticis, & id genus ho-
 minibus esset extinctum. vnum & alterum pro-
 feram. Plautus Bacchidibus:

Scena, ibi in
 Pina...

*Quid quid futurum quom hoc senex resciverit?
 Quom se excucurrisset illuc frustra sciverit?*

Scena, ibi in
 nam. Stichos:

Praecucurri ut nuntiaxem nuntium exoptabilem.
 Cat. contra C. Pisonem: *Video hac tempestate con-*
cucurrisset omnes aduersarios. Caesar ad Virgilium
Excucurrisset à Neapoli. quid? quod Priscianus idem
 in Terentio agnoscit, illo versu?

Terentius,
 Hecyra.

Vna illarum interea prope praecucurrit.
 Eadem causa fuit elegantissimi versus deparati,
 qui est in feruissima illa *napoli* in Venticium
 Bantum, cuius initium;

Sabinus ille quem videtis hospites.
 cum enim ibi scribatur,

Ubi iste post-Sabinus ante-Quinctio
Bidente dicit attondisse forcipe, Comata colla,
 versu medio claudicante, qui ex iambis puris de-
 bet constare: scribendum esse,

Bidente dicit attotonse forcipe,
 monuit nos amicus noster I. Leuineius, maximae
 exspectationis iuuenis, & qui progressus in vera-
 que lingua & theologia magis fecit. duplex vna
 in voce, *attotondi*, pro, *attondi*, item, *atto-*
tonse, pro, *attotondisse*. Sed iam ad Varronem.

Adeste, id est, quae feram, ignoscite.
 ita tertius versus vulgo legitur: nisi quod ab aliis
 etiam

Ant. Mureti
 varia Lectorum
 LIII
 28

etiam prima vox abest. Iustus scilicet;

Adeste & à me quae feram cognoscite:

& Noniū caligantibus oculis, igitur, legitur. Legitimus stimabat. reclamante, inquit, alioqui versus ege, nesciam, aut simile, quid interponas. Ego vero, dicā quod sentio, etsi numquā fides Nonij mihi. *Substantia nō esse soleat; adduci tamen nō possum ut eā hoc loco suspiciā, nā quin veseres, ignosco, vel potius, ignosco, aequae atque, agnosco, & cognosco, eadem in re dixerint; dubitandum nō opinor. Deinde si quicquam mutari velim, agnosco, liberius quam, cognosco, iure receperim. postremo ne rem moueat hiatus ille: frequentem eum, comicis & tragicis veteribus fuisse, Ciceronis testimonio cognoscimus. cuius illa sunt: Indicāt orationes illae ipsae horridulae Ciceronis: indicāt omnes poetae praeter eos, qui ut versus facerent, saepe hiabant. ut Naeuius.*

Cicero in Oratore.

Vos qui accollitis Histrum fluiū atq. Algibum.
& ibidem: *Quam numquam nobis Grae atq. barbari.*
quae ignorata multos etiam veterū poetarū versus corruerunt. & sane si vetustis editionibus, quas nō temere aspernari solent, sua constat fides: non tantum tertio carmine, sed etiam primo inuenit Varro. sic enim in illis concipitur:

Vos qui in teatro voluptatem auribus.
ut ut est, scripsit Varro:

Vosque in teatro qui voluptatem auribus

Huc aucupatum concucurris is domo;

Adeste, & à me quae feram in noscite:

Domum ut feratis è teatro litte, as.

quomodo turpes detergentur maculae, & versus fiunt huiusmodi, ut quod initio dixi, auro contra mereantur emi.